

per mititur suo posse, conficere ipsum quam melius potest, licet non semper confectiones sint sine aliquo defectu propter aliquem casum sinistrum, et non per
45 maliciam ut dictum est.; uadit pars quod committatur duche et consiliarijs predictis quod non permittant dictos Judeos in facto confectionum coraminis ulterius molestari uel aggrauari quia ut dictum est fraus non committitur in confectionibus antedictis.

38 de non 26.

50 Item de parte 28—de non 34—non sincere 10.

Nº 544. Super sexto capitulo de cendatis in quibus dicunt se grauari paruo errore condemnatur in duobus yperperis pro pecia, et ultra hoc ipsa pecia lace-
ratur; uadit pars quod quociens aliqua pecia cendati ipsorum dicetur minus bene laborata, et extra ordines dados, illa talis pecia debeat uideri et examinari per
55 camerarios Crete, si fuerit ut dicetur. Et si uiderint et cognouerint quod non sit iuste ut debuerit laborata, et extra ordines dados illam faciant incidi in duobus locis uel pluribus, sicut eis uidebitur et faciant condemnationem de ipsa sicut apparebit eisdem, consideratis fraude, errore seu fallo, repertis in dicta pecia, que condemnatio deueniat et diuidatur sicut presentialiter obseruatur.

60 De parte 31—non sincere 7.

Capta. De non 43.

13

Ἐπὶ διαφορᾷ μεταξὺ Μαριτζόλας θυγατρὸς τοῦ ποτὲ εὐγενοῦς Βαρθολομαίου Γραδενίγου ἐκ Χάνδακος συζύγου τοῦ Αἰγιδίου Ντὲ Ἰορδάνου καὶ Ἰακώβου τοῦ σοφοῦ Ἰουδαίου ἐκ Κρήτης, δι' ἑαυτὸν καὶ τὸν πενθερόν του Τζάκαν Ἰουδαῖον, περὶ ἀμφισβητουμένης ὀφειλῆς. 1342, Ἰουλίου 4.

Fº 65to Nº 549. Millesimo trecentesimo XLII, die quarto Julij.

Capta. Cum pro parte Marizole filie quondam nobilis uiri Bartholomei Gradonico de Candida uxoris Egidij de Jordano nobis expositum fuerit quod tempore uiri nobilis Johannis Mauroceno duche Crete fuerunt uendite seruentarie
5 septem dicti quondam patris eius, qui constituerat commissarios dominum Johannem Gradonico fratrem suum et uxorem eius matrem dicte Marizole, qui commissarij non bene concordabantur ad inuicem quia quidam frater matris interfecerat patrem eiusdem Marizole fratrem dicte Johannis. Et super strida facta de bonis quondam domini Bartholomei clamauit quidam nomine Jacob sapiens
10 judeus de Creta tam nomine suo quam nomine cuiusdam Zache judei soceri sui, petentis aliqua debita que dicebant ab ipso quondam Bartholomeo debere recipere, que ascendunt cum cartis et sine cartis yperpera VI centum de quibus nichil habere debebat pro quibus clamoribus apparet esse datum a camera communis primo yperpera VIII centum, que yperpera VIII centum apparet per



cartam dictum eius patrum recepisce a dicto judeo causa clamoris in die quam 15
 recepit dictam pecuniam a camera et in alia parte recepisce uidetur alia yper-
 pera ccc ita quod summat id quod recepit dictus judeus yperpera mcc de bonis
 que spectabant dicte Marizole et sorori tunc orfanis et pupillis contra deum et
 ueritatem, cum nichil habere debebant et hoc apparet quia sicut probatur coram
 dominationem Crete ipse judeus comparuit coram domino Marino Mauroceno 20
 succedente dicto domino Johanni in regimine ducatus et eius consilio simul
 cum domino Iohanne Gradonico patruo suo dicens quod de dicta pecunia sic re-
 cepta habebat conscientiam, et quod uolebat reddere filiabus dicti quondam do-
 mini Bartholomei yperpera v centum pro suo mantare, faciendo sibi securitatem
 pro dictis pupillis, qui dominus Marinus hoc facere recusauit. Et cum dicta Ma- 25
 rizola et quedam alia soror eius conuenerint coram domino Nicolao de Priolis
 olim duche et eius consiliarijs dictum Jacob judeum requirentem ei pecuniam
 supradictam quam sic indebite acceperat, et ut confessus fuerat coram domino
 Marino Mauroceno, dictus dominus Nicolaus dato quod cognosceret dictas puellas
 esse deceptas, et quod dictus judeus habuerat dictam pecuniam indirecte; tamen 30
 propter scriptum camerariorum scriptum per castellanum Barbo tunc camera-
 rium ibi, per quod uidetur dictam pecuniam fuisse datum de mandato domina-
 tionis, noluit se intromittere nisi de hoc haberet mandatum a dominatione nostra,
 cum dicta Marizola obtullisset dare plezariam de eo quod dictus judeus posset
 conuincere commissiones patris sui de omnibus clamoribus quos fecerat, qui or- 35
 dinati sunt scripti in curia Crete, et quod nunc dictus judeus uidens claritatem
 dictarum sororum concordauit se cum sorore dicte Marizole dando sibi partem
 pecunie sibi tangentem et recipiendo securitatem ab ea. Unde nobis humiliter
 supplicabat quatenus attentis predictis in subuencionem suorum iurium digna-
 remur committere duche et consiliarijs quod non obstante scriptura camerario- 40
 rum audire deberent et possent jura partium et facere quod sit justum, habitis
 responsionibus duche et consiliariorum presentium et ser Nicolai de Priolis et alio-
 rum qui fuerunt, qui hoc consulunt et laudant; capta fuit pars quod non obstante
 in hoc punctis sue commissionis que in isto casu pro reuocatis existant, ducha et
 et consiliarij Crete possint audire querelam dicte Marizole et jura ipsius alterius 45
 partis et terminare et diffinire sicut sibi iustius apparebit. Et si consilium etc.

14

Ἐκλέγονται τρεῖς σοφοὶ πρὸς μελέτην τῶν ἀναφορῶν τοῦ δουκὸς καὶ τῆς πρεσβείας Κρήτης, καὶ
 ὑποβολὴν εἰσηγητικῆς ἐκθέσεως ἐντὸς 8 ἡμερῶν:

Σὲρ Δονᾶτος Κονταρίνης, Σὲρ Ἀνδρέας Ἑριτζος,
 Σὲρ Πέτρος Τριβιζάνος τοῦ Γαβριήλ. 1342, Ἰουλίου 11.

